

S T I M U L I

Investigandi

GOG

In

MAGOG,

Ezek. xxxviii. & xxxix.

Consensu & Approb. Ampl. FAC. PHIL.

In Musarum quæ Aboꝝ est aula
Celeberrima,

Sub PRÆSIDIO

DN. ABRAH: ALANI,

L.L. Orient. Profess. Ordinarii,

Candidæ bonorum censuræ modeſte ſubmiffæ
DEO volente XII Decemb. loco horisqꝝ
ſolitis, Anni currentis 1708.

Ab

ANDREA A. MOLANDRO,
Sawol. Wiburg.

Exc. Jo. WAL.

VIRGO
Pietate in DEUM,

ac Fide in

SACRAM REGIAM MAJESTATEM

Summa

REVERENDISSIMO IN CHRISTO

PATRI ac DOMINO,

DN. D A V I D I

L A B M D /

S. S. Theologizæ DOCTORI
Excellentissimo,

Diceceos Wiburgensis EPISCOPO
Eminentissimo,

Consistorii PRÆSIDI Gravissimo,
Regiijq; ibid. Gymnasii & Scholarum

per Dicecesin EPHORO per,
Magnifico,

PATRONO ac MÆCENATI
meo

Optimo, Maximo.

SALUTEM, GRATIAM, atq; ANNOS
BENE MULTOS!

IN DISSERTATIONEM
De GOGO & MAGOGO,
Apprime egregiam
Viri-Juvenis

Literarum morumq; gratia Commendatissimi
DN. ANDREÆ MOLANDRI,
Amice sincere dilecti.

Quod tetigit Pindi, docto certamine
culmen
Noster, nunc specimen næ docet hoc-
ce satis.

Sunt etenim verba hic mellita atq; arte
reperta,

Sunt res, quæ sapiunt ingenium ve-
getum,
Res, quas non nobis expansas hactenus
unquam

De Gog & Magog, hæcce palæstra videt.
Apprecor & meritis his præmia digna
reportes

Et metam feriet, docta Thalia tuam!

*Intima familiaritate tecum
conjunctus*
SAM. LAURBECHIUS.

Eidem.

Cum video temet, cathedram scandisse MO.
LANDER

Præside sub claro, qui tibi monstreret iter;
Certamen profit voneo, semperque vodebo!

Quo solvas parili dexteritate strophas.
Hinc Laudem capies: hinc cernas lauta brabes.

Pallas mox promet, præmia grata Tibi?

Ita ex imo pectore Institutori suo
gratulatur

ERIC: COLLANUS
Sav. Wib:

Ad Præstantissimum

DN. ANDREAM MOLANDRUM

Sympatriotam suum honoratissimum,

de GOG & MAGOG,

Erudite disputantem

Impiger Aonidum Miles, perdo te Mo-

LANDER

Hoc dum das specimen, gratulor ergo tibi.

Egregium specimen, quod splendet luc
corusca,

REMONTE TERRA. M. 1522

Ar.

Artis hoc esse probans, intimioris
opus.

Quis GOG, quæ MAGOG, quæque illum
tempore tangunt,

Hoc docet ingenii, visq; vigorq; Tui.
Talia perge pius post hac quoque plura
movere

Et cæptis veniet, mollior aura Tuis.
Quod supereft voveo DEUS ut Tua

cæpta secundet,

Ut cœli tandem Teq; salute beet.

*Honoris & amoris contestandi gra-
tia festinanter apposuit.*

Joh. PLOGMAN.

Wib. Car.

En Dygden ånnar fort med stoer
fijjt effterstråfwa/

Och stådse idkesam wid Musers
Chor will swåfwa/

Han måst' ej achta om / hwad Mo-
trus sâija plår /

Men sökia stådigt det / som Pallas haf-
wer får.

Det

Det har Her Broor och giort / som iag
 nu kan erfara/
När iag hans Lårdas Wärck/ seer i the
 Lårdas skara

Om Gog från MAGOGS Land/ den I
 rätt jdogt fökt

Ty har och Fama sielf/ Ehrt Låförd
 wäl förokt.

Fölg nu min käre Broor hwart Pallas
 Tig ån leder/

Som Hercul fordöm gjordt så kommer
 Tu til heder/

Hon wist med tijden Tig/ med Ährt
 Erantzen krön.

Lef säll! tils Tu sidst får hoos GUD
 en Krona skön.

Gåledes sig hierteligen fägnar öfver
 sin Herr Broders progress.

C LAUD. A. MOLANDER.



Ignoscas, qvælo, REVERENDISSIME
PATER, quod ego inter clientes Tuos
ignotissimus, viles halce pagellas
Per magnifico Nominis Tuo dicare
ausus fuerim. Cui vero majori jure, pri-
mos ingenii fætus consecrarem, qvam ei,
cujus est, rationem studiorum nostrorum
exigere, qui que tam incredibili favore
clientes suos amplectitur, ut ejus cele-
bris fama, multa jam loca pervalet.
Eundem mihi quoq; favorem si nunc, ut
antehac impertiri, REVEREND. PATER di-
gnatus fuerit, abunde habebo, unde mi-
hi unice gratulari qveam. Persuadebat
enim REVER. PATER non ita pridem Pa-
rentibus meis, ut, qvamvis ob varias ca-
lamitates, ad incitas pæne redacti ef-
fent, manus tamen suas non subducerent,
verum ad studia mea ulterius persequen-
da, sumptus necessarios suppeditarent.
Cui igitur Patrono tantum me debere
sensi, non erubui sane, opus qvanquam
tanto indignum honore, nominis Ejus
fulgore illustratum ire, nequaquam du-
bitans fore, qvin, licet hac tempestate

hostiles undique tumultus omnium ocu-
lis obverſentur , auribusque obſtrepant,
imo fores prope REVER. Patris pulſent,
generofus ac heroicus animus, ſuperatis
omnibus malis, patrocinium clientum
eodem ardore ſutcipiat ac curam Eccle-
ſiæ ineffabili cum laude ſuſtinet. Qvare,
cum nemo adhuc à Te , REVER. PATER,
mœſtus ac ſpe ſua fruſtratus, diſceſterit,
affidue omnes, de ſalute Tua folliciti, vo-
vemus, ut DEUS Ter Optimus Maximus
Te in Ecclesiæ ſuæ columen, Ampliſſimæ
domus Tuæ emolumentum , literarum
vero ac bonorum omnium decus atque
præſidium, quam diutissime conſervet.
Quod ego imprimis, qvoad vixero, cali-
dissimis votis ingeminabo.

REVERENDISSIMO PATRI,

devorifſſimus

A. Molander.

*Admodum ac Plurimum Reverendis
Dominis,*

DN. MATTHIÆ MARTINIO, in Reg.

Gymn: Wiburg. S. S. Theol. Lectori cele-
berrimo, Pastori ac Præposito in Sacrajuncti
longe meritissimo, Consistorii Ecclesiastici
Adiessori gravissimo, & ut Præceptor i quone-
dam fidissimo, ita nunc Mæcenati ac Promoto-
tori benignissimo, summo reverentia zelo
perpetuum suspicio.

DN. M. ERICO BRUMERO, Logices

& Physices Lectori laudatissimo, Ven. Con-
sistorii Adiessori æquissimo, studiorum meo-
rum non ita pridem Moderatori optimo,
nunc vero Promotori propensissimo omni
observantia æternum colendo.

DN. M. ERICO DAHLMAN, Ethices

Lect. olim clarissimo Consistoriique Ad-
iessori dignissimo: iam vero Pastori & Præ-
posito in Beckelax designato meritissimo,
Promotori & Evergetæ meo certissimo omni
officiorum cultu nunquam non venerando.

DN. M. CAROLO LAURBECCCHIO,

Eloqu. Rom. Lect. dexterissimo, Consistorii
Ecclesiast. Adiessori Prudentissimo, Promo-
tori maxime benigno, sancta veneratione
æstatem prosequendo.

Omnigenam Felicitatem & Mitia Fata!

Quoties favorem ac beneficia à Vobis, Patrōni ac Promotores optimi, in me collata, tacitus recordor, toties sane mihi succurrit, quam vere pulcregi Cicero dixerit, nullum officium referenda gratia magis esse necessarium. Cum autem ad hoc usq; tempus, occasio mihi, gratissimum animum testandi, defuerit, idcirco nunc primitias hasce ingenii mei R. V. D. nominibus dedicare sustinui, ut qualcunq; ratione gratiam pro favore maxime dicantando, ac beneficiis plane paternis mihi praeslitis Rev. V. D. referrem. Servate ergo & nunc pristinum morem, paginasq; has, quas, in perpetuum observante monumentum submisse Vobis consecro, ea qua soletis, hoc est, serena fronte suscipite; neq; me Faboris Vestri indigentem, spe excedere patiamini. **DEUS** Vobis, Patroni ac Promotores Optimi, novas animi corporisq; vires indies concedat, ac mala cuncta, a Vobis omnibus avertat; Vos deniq; in Ecclesia & Patria commodum, omnigena, tam rerum terrestrium quam cœlestium benedictionem perfusos, super esse ac digere clementissime jubeat. Ita ex intimo corde semper votet.

Admodum R. V. D. & Ampliss. Nominum.

Obsequentiissimus cultor
A. M.

Ad

*Eximum Præstantissimumq; bonarum
literarum Studiosum*

DN. ANDREAM MOLANDRUM
Savolaxensem,
GRATULATIO.

Quod petiisti a me, Eximie Præstan-
tissimeque DN. MOLANDER, ut
Gratulatione quadam Disputatio-
nem tuam, propediem publice haben-
dam condecorarem, gaudiumq; meum
de profectibus Tuis in studiis laudabi-
libus testarer, id defugere aut abnuere
prorius nolui. Nam cum est illud offi-
cium, quod desiderasti, exiguum, facile
a me, qui aliis etiam ignotis hominibus
non modo Tibi tam familiari adesse, &
si fieri potest gratificari cupio, impe-
trari potest. Ita enim studia Tua, quo-
rum inspiciendorum & cura aliqua ad
me pertinet, hactenus instituisti eadem-
que ursisti, ut merito Tibi de illis gra-
tulari debeam, lætarique insigniter esse
provecta. **Quin & occasio jam mihi**
ob-

oblata est affectus mei expromendi, intelligenti, Te Disputationem conscripsisse elaborasseque de Argumento satis quidem apud eruditos trito, sed intricato nihilominus & obscuritate magna adhuc laborante. Nam inter eos nec dum sopita controversia est, ni fallor, quinam per GOG & MAGOG intelligantur, aliave expedita, quæ huc pertinent. Fuit itaque confidentia Tua magna, sed non temeraria, qui id argumenti Disputationis speciminisque publici elegisti. Verum ita facere solent, imo vero fortassis decet eos, qui propriis viribus nuntiatur, & diligentiam eruditionemque suam apricari haud verentur. Magis porro ista sedulitate, & dona divinitus Tibi concessa in dies adaugeto. Habet ita schola primum, deinde Ecclesia cui studia Tua consecrasti, quaneocum membrum commodis suis invigilans idoneum egregieque politum. Ego vero de cetero fausta quæque feliciaque Tibi precor! Scrib. p. p. Aboæ 9 Decemb. 1708.

MATTHIAS SWEDER.

Dum Juvenis,

Literatissimus & Ornatus

DN. ANDREAS MOLANDER,

de

GOG & MAGOG.

Eleganter disputaret.

Lector ob hoc specimen, quod profers ipse
MOLANDER,

Virtutis, flammas ingenique tui.

Nonne notat animum praelens labor arte para-
tus,

Doctum leceuris, & pietate bonum?

Pectore sub docili & semper latuisse sereno

Fructus; quos referant publica scripta
tua.

Non didicit tempus nec sumitus prava juven-
tus,

Nec mores pariter composuisse suos:

Quæ multos agitat fastus magnosque boatus;

Se didicisse nimis, se penetrasse simul

Omnia; quæ solido, nobis congesta, veruſtas

Docta, labore dedit, participavit eis.

Unus & ingenuas odit, putat alter ineptum,

Non ait ille valet, hic didicisse nocet,

Artes. Sic micet O, genus & qui nescis humanum,

Hæc melius tecum te reputasse decet.

Jas.

Jactitat hæc etenim quæ vix audivit & haesit,
Nec libavit iners; verbaque vana sonant.
Perlege, forsitan hic, quæ non cognoveris ante,
Invenies, bene quæ scripta MOLANDER
habet.

Nam docet is veteres discordes, quidque po-
tandum

De Gog, Magog, qvæ pagina sacra notat,
Eruit & confert, renovatque notata virorum;
Queis fuerat tantæ cura laborque rei.
Judæos variis, sedis refutabit & omnes
Mente proba, ex sanctis fontibus ille DEI,
Et quamvis Martis nunc fulgura multa sonarunt,
Pauperies, morbus, jam strepuere diu:
Non tamen in Musas poterant intendere vires,
Dum & strenuus cultor, macte,
MOLANDER ades.

Te juvat in studio Musarum parta rueri
Præmia, queis nescit stultus inersq; frui.
Improbus ecce labor, docilis solertia fecit,
Hoc dedit & pietas, quam colis ingenuus:
Ut capias olim doctorum lætus honores,
Quos meruit virtus, quam ipse
MOLANDER habes.

Gratulatorias basce conscripsit lineas,
Præstantiss: Domino Authori
devinctissimus,

JOHANNES JOH. is Thorwoste.



פעמי הכן באמורתך ואל-תשלה - ביכל - און:
פרני מעשן ארכס ואשמרה פקורין:

P. 119. v. 133, 134.

MEMBRUM PRIMUM.

§. I.

N tristi ac luctuosa captivitate Babylonica, populus Judaicus de promissione facta per Mosen plurimosque Propheta-
rum ne desperaret, nec in dubium revocaret eam, verum potius æquiori animo ignominias & exprobrationes Gentilium, Pseudo-prophetarumque vanas susurrations, perpeti posset, spem quoque certam de liberatione & reductione ad pristinas ædes caperet; Divinum Numen prophetam Ezekelem, ut

A

cete-

ceteros taceam, unum e sociis captivorum, donis cœlestibus munivit, & cum plenaria consolationis & liberationis instructione ad trementem ac fere desperantem populum ablegabat; ut & præconceptam opinionem revocare, & DEI promissioni unice niti disceret. Qui Propheta deinde & consolando & reprehendendo, Divino instinctu, populo in memoriā revocabat, & ob oculos ponebat beneficia Divina, ipsis & patribus eorum collata; simul ac duritiem cordis illorum negligentiamque mandatis Divinis obtemperandi. Post annos tamen non a deo multos, gentem Judaicam reveroram in terram Canaan prænuntiavit, quod impletum legitur Esd. 1. & 2. conjungens præterea vaticinum de Messia & regno ejus gratioso. Cum itaque Altissimum Numen per Vatem, superioribus capitibus, hac ratione prænuntiasset & restitutionem populi, quibus placebat reverti in patriam ex captivitate Babylonica; & incrementum regni DEI per

per Evangelium CHristi: ne populus
reversus præsumeret utrumque eodem
tempore eventurum, aut si non eveniret,
animis deficeret, & ad desperationem
redigeretur; occurrit illorum opinioni
anticipatione capp. 38. & 39. prædicens,
post redditum in solum proprium ex
captivitate Babylonica, ante adventum
Messiæ & divulgationem regni DEI, po-
pulum Judaicum multis calamitatibus
obnoxium futurum, & ab hostium irru-
ptionibus haud tutum, præcipuum verò
nuncupando hostem crudelern ac inhu-
manum nomine ignoto, qui populum
reversum, & tranquille viventem aggre-
deretur, copiis plane innumerabilibus, a
variis gentibus collectis. viætrices tamen
manus DEUS populo reverso per Pro-
phetam pollicetur, sed hosti cladem in
auditam & excidium minatur. Hostem
illum nominibus peregrinis designatum
pro modulo ingenii, imo tenuissimi, ve-
stigia Philologorum premens, inquirere
animus est.

In limine statim, pro præsentis instituti
ratione, & antequam ad propiorem rei
considerationem progredimur, nobis cu-
ræ erit ipsam originem vocum seu no-
minum afferre; & ut a genuino, quod
ajunt, ovo rem arcessamus, primo loco
vocum notationem ex merito inquirere
studebimus, quoniam vocum seu nominū
interpretatione *in rei perceptionem prove-
bimur*, uti jam olim magnus Scaliger ju-
dicavit. Verum de origine horum no-
minum *Gog & Magog* variæ sunt sententiaz.
Nos natales quærimus in amplissi-
ma Lingua Hebræa; ac descendere Viti
Eruditi autumant גּוֹג a גּוֹג tectum, quod
â radice גּוֹג Arabibus, quibus adhuc in
usu est, expandit, traxit. גּוֹג autem tectum
significare manifeste patet Iohuæ 2. v. 6.
ubi cum הַ בָּרָגוֹגִכּוֹ & locali habetur
גּוֹג in tectum; in statu construēto singula-
ri idem est; cum affixo גּוֹגְתָּה tectum tuum;
in fæminino plurali quoque גּוֹגְתָּה tecta Pl.
129. 6. in affixo plurali גּוֹגְתָּה tecta ejus.

Pfeit.

Pfeifferus dicit: illam sententiam, קָרְבָּה a 33
 reduci, adhuc nullius absurditatis convictam
 esse, Dub. Vexat. p. m. 784. Nec insolu-
 lens est apud Hebræos *Cholem* sine fulcro
 scribi; ergo perinde esse videtur, sive
 expresse interseratur, sive non, in voce
 קָרְבָּה. Significat idcirco קָרְבָּה tectum vel occul-
 tum, aut ex eo, quod sub tecto aut in
 tentoriis vivebat ista gens cuius prin-
 ceps *Gog* erat, quemadmodum placet
 Pelargo in Com. in Gen. cap. 10. pag.
 m. 220. sive quod Vates Divinus ignotis
 & occultis nominibus hostem hunc nun-
 cupat, ac fortassis ad loca scripturæ
 Deut: 28. v. 49. & Jer. 5. v. 15. digitum
 extendit; Nam non abs re factum credimus,
 quod *Spiritus Sanctus* horrendum hunc ho-
 stem peregrinis ac ignotis nominibus intro-
 ducente voluit; ait Celeb. D. Hoë in Com:
 in Apoc. pag. 292. seu quod multitudine
 copiarum terram ac regionem opertu-
 rus erat, quam petebat. Nolo hic viris
 summis obstrepere. Quid, si nomen קָרְבָּה
 cum D. Hillero in Onomastico ab Arab.
 קָרְבָּה vel potius קָרְבָּה, quod est flagravit, de-

rivares? admonitus tam Analogia נָזָר
a נִצָּה; quam significatione ipsa, cum
populi גּוֹג cupiditate honoris & divi-
tiarum arserint. Nomen גּוֹג heic loci
esse proprium (non tamen unicam per-
sonam significans, sed successive unam
Conf. Vinariens. h. l.) συνάφης textus
perspicue docet; vocatur enim גּוֹג
נְשֵׂיא רַאשׁ מִשְׁקָן וְתוּבָל
Ezek. 38. v. 3. &
39. v. 1. nomine גּוֹג quoque insignitur
ab nepos Rubenis filius Joëlis 1 Paral. 5. 4
מִגּוֹג ex eodem fonte deducimus; præ-
missa tantum modo litera *haemantica* ב
formæ תְּכִלָּת pro מִאֲכָלָת quoad Syncopæ
regionis nomen ut a v. 2. cap. 38. lique-
ubi מִגּוֹג אֶרֶץ extat; utcunque nomen
proprium olim fuerit Japheti filii, or-
dine secundi Gen. 10. 2.

§. III.

Longius in portu detineri quam fas
est non decet, idcirco breviter im-
simplicissime allatis iis, quæ ad ὀρομαῖς
λογίας requiri existimavimus; altum pe-
ter

tere, accessumque facere ad περιγραφήν ipsam animus est. Verum tanta sententiarum varietas, copiaque tam delectabilis affligit, ut unde incipiendum, quid præ reliquis eligendum, ac ubi tandem finiendum sit, non possumus non dubitare. Ne tamen nobis usu veniat, quod illi olim apud Theocritum Lignatori, qui in latissimam aliquando sylvam delatus, præ nimia omnium cupidine nihil legebat: ordine utendum. Nam celebris hujus vaticinii difficultas, tam veterum quam recentiorum mentem in varias partes distraxerat; quorum placita omnia si excerpere vellemus, certe justum volumen conscribere necesse esset, quod tamen instituto meo & imbecillitati impossibile videtur factu. Potissima ergo judicia de hoc vaticinio in apicum proferemus, breveq; examē subjicimus, ac deinde textui & scopo Prophetæ convenientiori sententiæ accedemus.

§. IV.

Mihi occurunt primo Judæorum sententiæ de *Gog & Magog*, & hujus bel-

belli exitu, qui aliis propugnaculis pri-
 vati, quibus assertione illam valde
 detestabilem, dudumque explosam ac
 refutatam, scilicet *Messiam nondum veni-
 se*, tueri ac defendere student, ad va-
 ticipium hoc confugiunt, existimantes
 hujus vaticinii expositione suam fulci-
 re positionem, de carnali liberatione
 & reductione ab exilio per Messiam,
 se posse absqve omni discrimine. Duos
 igitur sibi imaginantur adversarios in
 hoc bello, nimirum Edom & Ilsaē.
 per Edom intelligunt Christianos, qvos
 falso dic̄tant Esavi filios, quia cogno-
 mine Esavi dicuntur filii Edom; &
 Imperium Romanum regnum Edom
 vociferantur, quare in secretioribus li-
 bris blasphemē docent, *animam Esavī
 migrasse in corpus Christi*, adeo ut Christus
impietate similis fuerit Esavo, ac proinde
meritus qui vocaretur Esau, & *sectatores
 ejus Esavite*; Teste Clariss: Buxtorfio
 synag: Jud: cap. 5. p. m. 156. Per I-
 lsāē autem Turcas indicari volunt.
 Hinc jam aliæ gentes in plaga orien-
 talis

tali habitantes, in hoc bello a Prophe-
ta nominatae, auxilium ferent; inter
quos *Gog* primarius princeps. Rabbi
Kimchi, qui floruit sub fine seculi 12.
post Nat: Christi, eo nimis tempore,
*Quo sub Balduino IV. (Regum Je-
rosolymitanorum ultimo & septimo) Christi-
ani rerum potiebantur in oriente*, ut in
Hulsi: Theol: Jud: legimus, putabat Chri-
stianorum prælia cum Barbaris bellorum
Gog & Magog, Messiaque adventus, esse
præcursoria; sperabat quoque tam cito
Messiam eorum venturum, ut Christianos
Jerusalem cum idolis suis adhuc
hærentes offendere posset. Rabbi vero
Abravanel, Kimchii 280 fere annis po-
sterior, bellum hoc quoad suas circum-
stantias & causas describit. *Futurum ar-
bitratur ultimis captivitatis seu exilii tempo-
ribus populi Iudaici, Christianos, aut Edu-
mæos, expeditiōnem Hierosolymitanam susce-
pturos magno conatu & totis viribus, pro re-
cuperanda terra sancta, debellatis Aegyptiis,
Arabibus, & aliis adjacentibus populis.* Fa-
ma autem divulgata hujus expeditiōnis, Tur-
cas

cas omnes orientales populos convocaturos contra Edumæos seu Christianos, ad vindicandam cladem & necem suorum in Agypto ac terra sancta commissam, sanctuarii quoque Feroslymitani recuperandi gratia; quod sanctuarium apud ipsos Ismaélitas seu Muhammadanos summa reverentia, velut locum summe sanctitatis & portam cœli, eoli existimat; Teste Celeb. Varenio in Com: in Elaj. Hanc vero præcipuam causam esse belli Turcici contra Christianos, scilicet, ut iterum a Christianorum potestate sanctuarium illud eripiant & recuperent; & tunc horribilem cladem Ismaélitas i. e. Turcas, & Christianos seu Edumæos, in terra sancta experiri, ceu impietatis, illusionis, crudelitatisque pœnas; atque hanc ultionem specialiter Ezekelem innuere, magis autem Turcis horribilem ac terribilem, sub titulo Gog & Magog.

§. V.

Hanc opinionem, nimirum bellum Gog & Magog incidere in tempora Judææ redēptionis, & Prophetæ vati-

vaticinium eo esse referendum, apud veteres Talmudicos adeo invaluable, ut tere in proverbium abierit, licet nihil certi de Gog & Magog istiusque belli circumstantiis possent tradere, nec recentiores discrepare inter se hac in re; testatur cit. Hulsius Theol. Judai p. 2. lib. x. pag. 504. Verum cum hic error incalceret in cerebris succedentium Talmudicis, indulgeri cœptum figmento: in bello hoc Gog & Magog immanissimum hostem & Ducem Edomæorum, nomine Armillum, Romæ ex statua marmorea miraculoſo prorsus modo procreandum, & cum Messia Ben Joseph congressurum fore; hunc autem Arinillum, seu potius monstrum hoc, fingunt esse quadratum, tot cubitos in longitudine quo latitudine habens. Horrendum sane spectaculum! Non sunt contenti his, sed ulterius nugantur, præcipue de modo revelationis Messiae eorum, quibus non sufficit unus, sed duos exspectant Messias. de priori sic scribit auctor

או ול כי קדם יכא אבקת רוכבל ו
 משיח ב' יוסף ויקבץ הגלות ואחריו יהו
 גוז i. e. *Dicunt Rabbini
 nostri felicis memorie, quod paulo ante bella
 Gog & Magog venturus sit Messias filius Jo-
 seph, & congregaturus captivitatem s. depor-
 tam nostram multitudinem.* De posterio-
 ri Raschi ad Jes. 24. 18. sic nugatur
 הנמלט מהורב משיח בן יוסף יפול אל חרב
 משיח בן רוד רהנמלט משם ולכך כמלחמות
 גוז ומגוז i. e. *Qui evadet gladium Messiae
 filii Joseph, incidet in gladium Messiae filii Da-
 vid, & evasurus inde illaqueabitur bellis Gog
 & Magog,* interprete D. Varenio. Ita &
 Targum post Talmud. satis aperte ac
 clare duorum Messiarum mentionem
 facit in Cantic. 4. v. 5. explicans duo ubi-
 ra similia duobus hinnulis, gemellis capree,
 pascientibus inter lilia, per duos Messias.
 תון פרוקין דרטזון verba ejus hæc sunt, בר אפרים
 למפרקן משיח בר רוד ומשיח בר אפרים
 רמן למשה ואהרון וגוז
 i. e. *duo Redemptores
 sui futuri, Messias filius David, & Messias
 filius Joseph, similes erunt Mosi & Aharoni, &c.*

Post

Post cladem vero & fata Messiæ Ben Joseph, cum ducentis millibus hominum cæsis, Messias Ben David congregaturus est omnem suum exercitum, ad novum prælium, Messiæ Ben Joseph funestum, ineundum; & tunc Messias Ben David ultiōnem sumturus est, & finem bellis Gog & Magog impositurus. Hæc omnia, ex sententia Rabbinorum, finem mundi & judicium universale mortuorum, præcessura sunt. Ultimo affigant etiam certum anni tempus Gogo fatale, nimirum id anni tempus, quo festum Tabernaculorum celebrant, dum se liberandos & in terram suam reducendos esse credunt; teste Buxtorf. Synag. Jud. pag. m. 326.

§. VI.

Verum conjecturæ erroneæ, & rationario temporum male applicato, Rabbinorum hæc arcana superstruuntur. Absque fundamento per Edom Christianos intelligunt, cum (α) altum silentium sit de Edom his capitibus apud Prophetam,

in quibus describitur hoc bellum; nec per
 Edom Christianos intelligi in S. scriptura
 arbitramur. Nam si (β) nomen Edom ex-
 aminemus, tum notat *rufum*; quod cogno-
 men Esau impositum, sive eam ob cau-
 sam quod rufus natus erat Gen. 25:v.25. sive
 quod rediens ex agro fessus inhibabat ve-
 hementer iu sculo rufo a fratre cocto, ac ei
 primogenitaram suam rufo isto iu sculo
 vendebat. Esau Edom vocatur & pater
 Edomæorū multoties cap: 36. Gen. ubi ge-
 nealogia posteriorum ejus recensetur. jam
 vero Esau post redditum Jacobi Fratris
 e Mesopotamia, & cum utriusque poste-
 ritas nimium excresceret, adeo ut una
 regio eos non caperet, demigravit e ter-
 ra Canaan cum familiis suis, sedesque
 suas fixit in terra cognationis uxoris
 suæ Oholibamæ, in montanis Seir. Erat
 autem Oholibama neptis Zibeon Hevitæ
 uti patet ibidem v: 2, qui Zibeon Hevi-
 ta filius Seir Horitæ v. 20. nuncupatur;
 & hic Zibeon occuparat terram Seir, ad pla-
 gam meridionalem terre sancte, prope mare
 mortuum, in via qua Israëlis ex Aegypto re-

vertentibus per desertum Zin, ad possiden-
 dam terram promissionis, transcendum erat,
 uti haber Hulsius; eamque regionem, a
 primis incolis ac fundatoribus ejus, no-
 mine Seir appellatam fuisse clare patet.
 Postquam vero posteri Esavi eo tempore
 quo Itraélitæ in Ægypto hærebant, pulsis
 inde Horitis Deut. 2. v. 12. Illam terram
 occupassent, ea regio Edom vel Idumæa
 vocata est. Europæi (*y*) originem du-
 cunt a Japheto filio Noachi, quod omnes
 fere Historiographi asserunt, Esau autem
 & posteritas ejus a Sem; nec probare
 possunt Rabbini, Europæos esse ex po-
 steris Esavi seu Edom, sed tantum modo
 per invidiam & sine fundamento somni-
 ant: Edumæos dominationem in occi-
 dentem extendisse, colonias suas longe
 lateque dilatasse, Italiam sibi subegisse,
 Romanum ac Romanum imperium fundas-
 se. Ipse Rabbi Isaac Abarbanel fatetur,
 cit. Hulsius, Europæos esse ex posteris Japheti,
 & concedit Janum fuisse primum & antiquis-
 simum Regem Italiæ, ac ex Jani posteris incolas
 primos Italiæ. Rabbi Moses filius Nach-
 man

man obiicit: omnes Europeos recte ac merit
Edumæis accenseri, licet non ex posteris Esaï
 sint, cum eorum fidem suscepérint, nimirum
Christianam. ast falso. Nos dicimus: Eu-
 ropæos seu Christianos proprie dici
Edumæos posse, nec ratione *loci*, cum
 Regio Idumæa sit in Asia, longe distans
 ab Europa; nec ratione *gentis*, cum Edomæi
 sint ex posteris Semî, ut modo de-
 monstratum est, Europæi e contra ex
 generatione Japheti, & speciatim iplius
 nepotis Cittim, uti communis senten-
 tia est; nec ultimo ratione *religionis*
 quia Edomæi semper abominationibus
 Cananæorum adhæserunt, quas Chri-
 stiani nunquam imitati sunt.

§. VII.

Rabbi Kimchi in sua superstitione val-
 de deceptus; per tot enim secula ter-
 ra sancta a Barbaris occupata fuerat
 nondum tamen Messias eorum revela-
 tus, qui quidem tam cito venturus erat;
 secundum mentem ac conjecturam ipsius,
 ut adhuc Christianos cum idolis sun-
 tis

Jerosolymis deprehenderet & a foribus Chri-
 stianorum locum hunc repurgaret. Rabbi A-
 barbanel, magni auctoritatis apud suos,
 inde occasionem nactus est, fabulandi de
 Gog & Magog, ac expeditione Christiano-
 rum ad plagas orientales; quod ætate
 sua videret ipsam Christianorum Con-
 stantinopolin expugnatam, ac occupa-
 tam a Turcis, nec ignorans grande
 Christianorum ac Muhammadanorum,
 jam inde a pluribus feculis, odium in
 negotio religionis, enata inde horrida-
 bella, terribiles expeditiones in loca olim
 sacra, prælia, cædes & expugnationes
 Urbium. Vix autem fieri posse ut ali-
 quando Christiani communi bello sic in-
 vadant Turcas, pro recuperanda terra
 sancta, censet Clar. D. Varenius in Corn;
 in Elaj. Orat. XVII. conclus. 19. Magno
 præterea Christianorum sanguine istæ
 expeditiones constiterunt, etsi insignes
 quædam ac triumphales Christianis fuis-
 se non negemus; longe tamen plures
 infelices ac cruentas. Deinde Propheta
 ac verbulo quidem mentionem facit de

duorum hostium Strage, sed tantum mo-
 do, quod Gog illatus besum; eoque
 minus de duce illo magno ac horribili
 Christianorum *Armillo*, quæ potius me-
 ra Judæorum ac Rabbinorum phan-
 tasma, ac in cerebris errorum turbine
 motis enata figmenta esse credimus.
 Nam si olim Israëlitæ ex pavescabant ad
 coniectum Goliathi, cuius altitudo tan-
 tum erat sex cubitorum & palmi i Sam.
 17. 4. mirum si jam non exanimes plane
 in terram concidant, viso monstro tam
 deformi & immanni, cuius altitudo erit XII.
 cubitorum & totidem latitudo, inter utrum-
 que oculum ejus Spithame spatum, oculis pro-
 fundis rutilantibusque, capillus capitis ejus
 sicut color auri, plantæ pedum virides duosque
 habens vertices, uti eum auctor libri אַבְקָת
רוֹכֶל describit interprete Hulsio. Ob con-
 venientiam forsan hoc nugantur Rab-
 bini, ut quanto dignior ac potentior
 Messias Ben David Rege Davide futu-
 rus, tanto etiam terribilis monstrum
 ab eo debellandum Goliatho, quem Rex
 David pedibus suis subjecit. Idem Au-
ctor

אַמְלִיכָת הַשָּׂטָן וְהַשָּׁׁאוֹמוֹת אֲמִילָם
 אַמְלִיכָת הַשָּׂטָן וְהַשָּׁׁאוֹמוֹת אֲמִילָם
 קָרְבָּן אֶוֹתוֹ אַנְטוֹקְרוֹשָׁתָס i. e. *Armillus*
 qui *adversarius erit* & *gentes illum vocabunt*
AntiChristum. Et paucis interjectis, *Hic*
ad impios accedet & ipsi dicet, Messias ego
sum, ego sum, DEUS vester, qui statim in
ipsum credent & regem sibi constituent - - -
dicitque filius Esau h. e. Christianis adferte
mihi huc legem meam quam dedi; qui librum
precum suarum ipsi tradent, & cum dicet id sis:
hec est veritas quam vobis tradidi. Hæc
convenire aliquo modo Pontifici Roma-
no videntur; probe enim noverunt Rab-
bini, subque Pontificis Romani Episco-
patu regna terrasq; Christianorum præ-
cipuas viderunt: per invaserunt igitur sibi
ipsum Pontificem Romanum, quem no-
*mine *Armilli* indicare voluerunt, hujus*
Gogi belli ducem, ipsamque Romam &
Italam gentem in hoc bello præcipuam
*fore. Fabulam de *Armillio* diu viguisse*
apud Judæos inde constare restatur.
Clariss. Hulsius, quod cum Judæi ro-
gentur unde hauserunt hanc Historiam

de Armillo, tum respondent: prodigium
hoc Messiae adventum præcessurum, oliva &
Michaële Archangelo Zorobabeli revelatum fu-
isse, qui populum Judaicum reduxit e capti-
vitate Babylonica.

§. VIII.

Audivimus supra Rabbinos multa affer-
are, præcipue quo modo Messias eo-
rum se revelaturus in hoc bello, & quo
modo Messias Ben Joseph in prælio Go-
gitico occideretur, & e contra Gog cum
asseclis suis a Messia Ben David cum nu-
merosissimo exercitu prosterneretur. Ve-
rum de hisce nugis ac fabulis Judæorum
(1) ne apex quidem habetur in vaticinio
Ezekelis. (2) Judæi talem Messiam patri-
bus suis promissum esse nunquam pro-
babunt, qui scilicet gladio, arcu, hastis,
equis & equitibus ineat prælia; cum
spiritu oris sui & virtute diuina hostes
superaturus sit uti patet Esaï n.4. Hos 1.
7. Zach. 9. 10. & per plurimis aliis scri-
pturæ S. locis. (3) Messias pauper futurus
erat Zach. 9. paupertatem autem Duci
triumphantι & Regi terreno compete-
re

re quis dicet. (4) Messias affligendus valde Elaj. 53. ergo ejus dignitas non consistit in externo splendore regni terreni, sive *παρεγένεσθαι* Luc. 17. 20. (5) Messiae contemptus & abjectio, non sunt proprietates regiae dignitatis, & Ducis militaris, victoria arma gerentis in hac terra. (6) Gladio crudelitate ac more Tyrannorum, Messias non erat gentes dominurus, sed lenitate & humanitate, multo minus vim alicui illaturus, ut solent Duces hostibus, & quemadmodum Rabbini suos Messias facete fabulantur. (7) De gemino Messia Scriptura Sacra adeo facit, ut ne minimū quidem de eis habeat. (8) Ipsi Rabbini veteres veri conscientia impulsi, tempora adventus Messiae præteriisse agnoverunt; maxima etiamnum hodie pars credit, revera Messiam natum esse, sed propter Judæorum peccata & impoenitentem vitam, nondum revelatum. *vid. Hoornbeck.* תשוב יזרע Hult. Theol. Judai. D. Maii Synopsis Theol. Jud. רכוי ubinam tamdiu lateat, incertum est ipsis. (9) Rabbini plurimi,

cum Sacram Scripturam exponunt, li-
teræ etiam contra intentionem Spiritus
S. inhærent, præcipuumque eorum stu-
dium est, ut in pervertendo & detor-
quendo Scripturarum sensu ingenii li-
vires experiantur, agnoscentes in Messia
duntaxat statum gloriæ & felicitatis
non vero statum humilitatis; inde ergo
necessæ ducunt duos Messias esse expe-
ctandos, alterum morti obnoxium, al-
terum gloriosum. Cetera, cum pauca
argumenti vim habeant, præter argu-
tias Rabbinicas, brevitatis causa præte-
imus, cum & longius ab instituto no-
stro discedant.

§. IX.

ESynagoga Judæorum ad Templum
Scholas Christianorum jam tra-
sum paremus, periculum facturi, nu-
illinc doctiores, & voti compotes fa-
reverti queamus, vel recedere ab eoru-
m imine onustiores, quod bono cum DEO
eventum probare credimus. Perlustran-
da igitur imprimis sententia illorum
qui

quibus bellum Gog & Magog placet ad finem vel periodum mille annorum, post facta AntiChristi, deducere; quam sententiam solido fundamento carere, & dudum tanquam errorem, ab Orthodoxis explosam esse, quis non dicit, nec sine causa. Nam (n) Vates Divinus terminum illum non ponit. Nec (o) AntiChristi aut mille annorum mentionem facit. (p) Agit Propheta his capp. non certe de aureis seculis, sed terrestri bello, per agmina ex Persis, Æthiopibus, Putæis, ac similibus collecta. Sunt & quidam, qui cum Judæis per Gog & Magog imperium Romanum indicare volunt; quam opinionem nobis non arridere supra innuimus, & Prücknerus hoc figmentum ipfis Judæis tribuit, & quidem recte, quia (q) Romani tantam cladem nunquam passi sunt in terra sancta, quanta prædicitur Gogi ab Ezekiele cap. 39. (r) Et hoc eo minus verisimile est, cum Romani nunquam habuerint grande agmen, à Persis, Æthiopibus, Putæis, Gomer, domo Thogar-

* 14 *

mæ, & aliis qui recensentur inter copias Gogi. (c) Romani ex Judæorum desiderio fuerunt illorum amici ac fœderati, uti patet i. Maccab. 8. e contra **Gog** hostis crudelis, & vastator tremebundus terræ sanctæ Ezek. 38. (d) Ante Judæorum perpetuum exilium terra Canaan purganda erat à copiis & exercitu **Gog**; ratio hæc est: quod DEUS, tempore vastationis Gogi, montes Israëlis adhuc suorum montium nomine nuncupat, & per tantam ruinam Gogi, se satum in Israële Jehovam esse, demonstrare voluit. Hodie autem status politicus populi Judaici penitus oppressus, funditus everitus, ac radicitus extirpatus est.

§. X.

B. Ambrosius opinatur Cap: ult. de Fine de teste D. Hoë in Com: in Apocal. **Gog** esse Gothos, qui per plurimas regiones ac provincias populi Romani vastarunt. D. Gesnerus quoque erudite examinat sententiam B. Ambrosii cum scribit: *Ambrosius qui sub Theodosio etiam*

tano circa annum Ch. 355. Mediolanensium fuis
 Episcopus, vaticinium Gog & Magog ad suare-
 fert tempora. Cum enim eo tempore Gothi fi-
 nes Romani imperii invaderent, & Italiām
 quoque quibusdam in locis vastarent; Episco-
 pus Mediolanensis Gratianum Imperatorem ad
 expeditionem contra gentem Barbaram ita
 cobortatus est lib. 2. de. Fide Cap. ult. Neque
 vero te, inquit, Imperator pluribus tenere de-
 beo, bello intentum & victoria de Barbaris
 tropae Meditantem. Progredere plane scuto fi-
 dei septus, & gladium spiritus habens, progre-
 dere ad victoriam superioribus promissam tem-
 poribus & Divinis oraculis Prophetatam. nam-
 que & futuram nostram depopulationem &
 bella Gotorum Ezekel illo jam tempore Pro-
 phetabit. Gog iste Gotus est, quem jam vide-
 mus exisse, de quo promittitur nobis victoria.
 hæc B. Gesnerus. Sunt & alii, qui ob no-
 minum convenientiam idem statuunt, sed
 vacillanti si dicere ausim fundamento;
 cum (a) sola vastatio non evincit per Gog
 Gothos notari. (β) Plures notæ ac cha-
 racteres a vate recententur, & Gogo tri-
 buuntur, quos minime gentium Gothis

convenire deprehendimus. (γ) Nulla
 verborum vel nominum Gog & Gothorū
 affinitas est; nam enim in nō mutari non est
 soLENNE aut familiare. Clariss. Loccenius
 Antiq. Sueogoth. Lib. I. cap. I. Gothos
 deducit a Getis, quod & veri simile, non
 vero a Gog & Magog, ostenditque per
 plurimis rationibus Gothos & Getas unā
 eandemq; gentem esse apud Profanos
 auctores. (δ) Dux Gothorum princeps &
 Caput Meſchech & Tubal minime fuit ut
 Gog Propheticus. (ε) Gothorum turma
 ac copiæ non a Persis, Æthiopibus, & si-
 milibus populis, qui enumerantur a Pro-
 pheta, constiterunt. (?) Gothi depopu-
 labantur & vastabant Germaniam, Ita-
 liam, aliasque Europæas regiones; nun-
 quam autem ad terram Canaan perve-
 nerunt, quam tamen Gog Propheticus
 infestare debuit. (ζ) B. Hieronymus de
 hac opinione dubitat, dicens: *utrum nō*
rum sit nec ne exitus prælii docebit; quod & la-
 ne docuit. Non aliter Proclus, Episcopus
 Constantinopolitanus, Prophetiam hanc
 Ezekelis tempore Theodosii Imperatoris

statuebat esse impletam, ut narrat
 Meritiss. D. D. Hoë L. cit. his verbis:
*Etsi non negamus ita posse vaticinium exponi,
 et uolueremus docendi ratione, qua alioquin ea
 que narrantur de præteritis, vel que pre-
 nuntiantur de futuris, ab hypothesi transferri-
 mus ad thesin, singularia ad universales doctrina-
 ne locos, siquidem eadem res, mutatis tempo-
 ribus, personis, locis, sub inde recurruunt. Ta-
 men si tropologias & allegorias sectemur, quor-
 sum quæso fieret mentio plagi septentrionalis,
 unde predato[r] iste exercitus erumpet? quor-
 sum clypei, acinaces, arcus, tela, gladii, & rem-
 liqua ejus generis arma corporalia, que etiam
 septenni igni alendo materiam suppeditatura-
 sunt, producerentur? & quid deniq[ue] auxiliares
 copie, Persarum, Æthiopum, Lybiorum, sibi
 vellent; quid pestis, fulmina, cædes, quibus
 hostes populi DEI perimuntur, tandemque in
 valle Geh Hamon Magogi sepeliuntur.*

§. XI:

Sunt & quidam, qui, omisso sensu lite-
 rali, mystice *Hereticos* intelligunt. *Gog*
 ajunt, quod *Hebraeis* est *rectum*, *bæresiarchas*

significare, qui instar tecti elati sunt ac
 superbi; *Magog* vero, quod interpretantur
de tecto, eos, qui hæresiarcharum fidem
 amplectuntur, eisque subiecti sunt ut æ-
 dificium suo tecto. Verum tutius arbi-
 tramur sequi dictum Theodor. dicentis:
debemus ea quæ scripta sunt pro ut scripta
sunt amplecti. Præterea *Gog*, depictus a
 Vate quoad suas notas & Charakteres,
 miles est: hæreticus vero quatenus est
 hæreticus non est proprie miles, qui
 semper cogitat de præda & direptione
 per agmina clypeata, scutata, gladiosq;
 tractantia ut *Gog* *Ezek.* 38. 4. 12. De-
 inde *Gog* affligere debuit *Judæos* seu
 populum reducem. D. Calovius ad hunc
 locum erudite: *nimis manifestum est, de-*
scribi certum regnum & certos populos, quo-
rum nomina, provincias & situm expressit Spi-
ritus sanctus, neque in tam operosa populo-
rum, à nominibus gentilibus, & patronymicis
descriptione illa omnia allegorice exponi possunt,
misi vim textui insignem facere velimus. Con-
 finis huic sententiæ est illocum, qui *Diabo-*
lum nomine Gog designari volunt, qui in-

instar magni tecti, i. e. magnæ domus
in qua habitant omnes mali; per Magog
autem exercitum AntiChristi, ex totius
orbis nationibus collectum. quæ sen-
tentia eruditis non sapit. (1) Quia
Diabolus in Sacro codice non appella-
tur Gog. (2) Diabolus spiritus est; Gogi
vero caro a feris & avibus comedend
a erat. (3) Gog prosternendus erat
gladio; spiritus autem infernalis ense
infligi nequit. (4) Gog sepeliendus ac
interficiendus erat; quorum Diabolus
expers est.

§. XII.

Alli assertunt vaticinium impletum fu-
isse, statim post solutam captivita-
tem, cum Reges populique adjacentes
valde infestabant populum reversum, vi
& dolis machinantes ejus oppressionem.
Hoc sensu capiunt verba Prophetæ, qui-
bus vaticinatur Gogi irruptionem fieri
debere, *cum Iudeorum urbes adhuc sine val-
vis, muris, ac vectibus essent* Ezek. 38. II.
Talis autem facies urbium statim post
reditum fuit; cum etiam populus redu-

Etus erat a gladio, ac à servitute in libertatem vindicatus. Verum Esdras, Nehemias, aliquique Prophetæ silentii velo hoc involvunt, quod nunquam fecissent, si Gogi vastatio a tate eorum contigisset, sed potius machinationes ac conatus ejus crebro annotassent. Potentia quoque Persarum ea tempestate ad omnes fere angulos Asiae se extendebat, pluri- mæque regiones seu gentes, Gog auxilia ferentes, sub potestate Persarum redactæ fuerunt; quomodo ergo Gog tunc temporis ad tantum potentiam laetigium emergere potuisset. Nec Monarchæ Persarum Judæos, quos libertate donaverant, tanta injuria, tantaque calamitate affici permisissent, sed luppétias ipsis tulissent. Deinde Gog venturus erat ad diripiendum, prædandum, auferendum merces, abigendum pecora, & deportandum aurum argentumve Ezek. 38.12.13. Quibus omnibus carebat populus redux. Ulterius sciendum est verborum Prophetæ; Iudeos habitaturos sine mari, sine vecte, ac sivalvis Gogi tempore; hunc esse sensum

Judæos parum astimatu^ros, mœnia,
 vectes, & valvas, tantum modo secur^e
 ac tranquille habitatu^ros; talis jam tran-
 quillitas & securitas minime Judæis tri-
 bui potest, statim post solutam captivi-
 tatem Babylonicam; nec verba Pro-
 phetæ absolute sumenda sunt, sed secun-
 dum quid, coll. Exod. 9. 25. cum cap.
 10. 5. videlicet, si status Judæorum, post
 vincula Babelica, cum statu ante illa com-
 paretur, tum facile quivis colligere po-
 test, tantam copiam civitatum vel ur-
 bium munitarum in Pala^{stina} non fore,
 quanta ante ea fuit; nec adeo munitæ
 futuræ erant postea quam ante ea fue-
 runt. Denique, quod *Gog debuit affligere*
populum a gladio reversum, & pristinas ades
occupantem, nec valet: cum Propheta nec
 exprefle dicat, *Gog oppugnaturum ac*
vexaturum illum ipsum populum, qui
 in terram Canaan demigravit e Baby-
 lonia, sed posteros eorum; nam dicit:
post dies multos v. 8. cap. 38. h. e. post
 multos annos, quia restauratio templi &
 reipublicæ præcedere debuit, quod &

primum factum fuisse, ex libris Esdræ
ac Nehemias clare patet.

§. XIII.

Nonnulli vaticinii complementum
quærunt in Alexandro Magno, il-
lumque nomine *Gog* a Vate Divino de-
pictum esse existimant, & quidem eam
ob causam, quod quidam veterum scri-
ptorum Macedoniam nomine terræ Ma-
gog appellatam asseruere. Verum ad
Alexandrum Magnum prælens vatici-
nium referri nequit, ob rationes sequen-
tes. (1) Exercitus Alexandri Magni,
cum appulit ad oras Palæstinæ non
gentibus, quarum Propheta mentionem
facit, constabat, ex quibus tamen agmen
Gog collectum debuit esse. (2) Alexan-
der Magnus nullam vastationem intulit
incolis terræ sanctæ, ut Gog facturus
erat; sed contra ea, teste Joseph Antio-
Jud. pristinam libertatem Iudeorum stabili-
vit, ac munera sacrificiaque Summo Numinis
obtulit, cum Pontifex Iaddus ipsi Ponti-
ficali ornatu indutus occurrisset. (3)

Alexan-

Alexander Magnus tantam stragem passus est nunquam, quantam Gog Propheticus subire debuit. (4.) In montibus Iraelis Alexander Magnus cum nemine armis discepitavit. (5) Nec tanta scutorum, clypeorum, arcuum, sagittariorum, ac hastarum series legitur excussa e manibus copiarum Alexandri Magni, quanta e manibus Gogi Ezek. 39. 9. (6) Alexandri Magni exercitus Cœlitus igne ac sulphure, grandinibus ac tonitru perditus non est, ut turmæ Gogi. (7) Alexandrum Magnum sepultum esse in Ægypto testantur Curtius & Justinus, Gog autem cum asseclis tumulo mandandus erat a viris Israëlis, in valle multitudinis Gog seu Hamona. (8) Non concedunt Geographi Macedoniam appellari *Magog*; & apud Danielēm Alexander Magnus vocatur Rex Javan.

§. XIV.

Alli ob affinitatem ac convenientiam nominis Meschech cum Muscovita, quod etiam Muscovitæ versus aquilonem

nem sedem collokarunt, unde Gog ter-
ram promissionis seu montes Israëlis in-
vaturus ac oppugnaturus erat, Musco-
vitas hos sive Russos Gog Propheticum
esse contendunt. Fatendum certe hisce
calamitosis ac luctuosis temporibus, mul-
ta imo perplurima Muscovitis compe-
tere, quæ a Vate Divino inter Gogi no-
tas ac characteres enumerantur. Expe-
rientia enim proh dolor! quotidiana lu-
culentum satis testimonium perhibet,
quomodo patria nostra carissima per tot
annos jam afflita & depopulata, regio-
nes quædam finitimæ funditus everstæ,
soloque æquatæ, incolæ in captivitatem
abducti, ac mancipiorum instar contra-
jus naturæ & gentium tractati, hodie-
que tractantur. Num vero Muscovitæ
Gog Propheticus directe ac proprie sint
dubitamus. Licet (1) concedere debea-
mus ex posteris Meschech seu Moschi for-
te Muscovitas esse, quod aliis inquiren-
dum relinquimus, convenientiamq; no-
minum; tamen per Meschech heic loci
Prophetam Muscovitas, seu Muscoviam

intelligere non concedi potest, cum conexio textus hoc improbet, ubi *Gog Princeps Primarius terræ Magog, Meschecb, & Tubal* semper audit, quarum regionum sive gentium principem *Magnum Ducem Muscoviae* non possumus dicere.

(2) Clariss. Hekelius in notis ad Cluveri Geographiam scribit, afferitq. Moscoviam antiquitus Russiam appellatam fuisse, ac ferme tertio ab hinc seculo, ab arce & flumine Mosqua, cœptum esse tribui nomen Muscoviae. (3) Meschechi seu Mosci sunt Populi Asiatici, Moscovitæ vero Europæi, teste Clariss. Bocharto in Phaleg, & Cluvero in Geographia.

(4) Propheta per Meschech indicat regionem illam seu gentem, quæ antiquitus Meschech à primo forte incola nuncupata fuerat; quam præter Moschicam proprie dictam, quicquid est montium a Phasis usque ad Pontum Cappadocicum occupasse, viri Eruditi opinantur, vid. cit. Bochart.

(5) Moscovitæ nunquam terræ Israëlis bellum intulerant, eoque minus ibi stragem passi sunt, ac tumulo mandati. (6)

Jeremias cap. i. 13. & cap. iiii. 20. Baby-
loniam nominat terram גָּזֶה seu aquili-
nis, quæ tamen versus orientem a terra
sancta erat.

MEMBR. SECUNDUM

§. I.

N tanta varietate sententiarum,
quæ aliæ aliis probabiliores vi-
dentur, multum luminis afferri
existimo; si nomina præcipua gentium
seu regionum, a Vate Divino recensita,
simpliciter, pleniorē ab eruditis expe-
ctans informationem, examinem, sedes
que harum gentium investigem: Si-
quidem Propheta licet non expresse se
explicet; verborum tamen connexione
ac circumstantiis scopum suum indicare
videtur. Cum autem supra Membr.
§. II. *Gog dixerim esse principem seu Regem*
terre Magog; terra illa vel regio nobis
nunc inquirenda erit, in qua mundi par-
te latitet. Per Magog Cœlesyriam intel-
ligendam esse rationes sequentes sugge-
runt

runt. (1) Metropolin Cœlesyriæ appellatam ab incolis *Magog* ab exteris vero *Hierapolin*, testatur Plinius citante Bocharo in Phal. (2) Omnes fere Geographi antiquissimi statuunt oppidum quoddam fuisse in Syria, nomine *Gygarta*, pro eo quod est *Gog-karta* i.e. *Gogi urbs Syro vocabulo*; ut scribit Junius h. l. & facile ostendi posset, si nobis ad manus essent Historici & Geographi antiqui, scilicet: *Megasthenes* Persa, *Strabo*, *Pomponius Mela*, *Solinus*, aliquique. (3) Non est verisimile, *Magogum* venisse aliunde e terra *Magog*, & illam urbem ædificasse, uti non nullis placet; Verum potius, quod & veritati consentaneum, ipsum *Magogum* isto loco habitasse, qui à posteris nomine fundatoris primique incolæ sic nuncupatus. (4) Si *Tubal* Cappadociam, *Meschech* Iberiam cum Memb. I. § XIV. memoratis incolebant, teste Clariss. Bocharto in *Phaleg.* & D. Cluvero in *Geographia*; quæ necessitas cogebat *Magogum* peregrinas ac longiores oras petere? non angustia loci, quia tum tempore

ris, nondum adeo genus humanum propagatum erat: Non bella, nam Sacer Codex Nimrodum afferit primum bella gesisse, qui in Assyria habitabat. Absq; dubio igitur Magog Cœlesyriam occupaverat, cum & regio ista confinis erat Armeniae, ubi Arca substiterat, & Cappadociæ, ubi frater ejus Tubal sedem fixerat. Non tamen negandum, ex posteris Magog Scythas quoque ac Turcas provenisse; partim, quia *הַר גּוֹג* *Gogi munimentum* est mons Caucasus dicente Bocharto; & *Gogarene* Iberiae pars: partim etiam, quod in Sultanorum genealogia *Gog* occurrat, ut observavit D. D. Calov. Bib. Ill. ex Gesnero h. l. Hac de causa Spiritui Sancto quoque placuit, sine dubio, in descriptione hostium, utriusque fœderis Ecclesiam afflictorum, tale generale nomen adhibere, quo neuter excluderetur. Minime igitur per *Magog* indicatur Turcarum gens *indirect* & *Metonymice*, quia in exercitu ejus etiam fuere Turcae, ut vult nonnemo; sed direxte, sicut typus suum antitypum significare solet.

§. II.

Terra Magog investigata, restat ut paucis de ipso Gog verba faciamus. *Gog significare Regem seu principem terræ Magog ex contextu patet; Magog vero gentem seu regionem cuius Rex Gog erat. Parum enim refert ait Clariss. Hulsius in Theol. Judaic. Ultrum Rex à regione vel gente, aut regio vel gens à Rege, literula aliqua sive addita sive abdita, nomen acceperit.* Dicimus Gog esse Regem non unicum tantum, sed successive unum, rationeque ætatum ac temporum variū Conf: supra §. II. Cum autem ex toto contextu Ezekelis patere, ubi Israëlem respicit, non qualis ille hodie est, sed qualis tum temporis erat, in solatium populi qui in captivitate Babylonica morabatur, hunc Prophetam vaticinatum de hostium istorum temporum vastatione, atque sic non solicitum fuisse (unice) de bello in fine mundi demum gerendo, testetur Clariss. Hulsius Theol. Jud. Lib. I. part. 2. pag. 513. Præcell. D. Calovius etiam in Prolegom. ad Ezekelem, *sexum folia-*

folatium populi nominet cladem Gogi in montibus (solo) Israëlis: Sane Gog Propheticus una cum copiis delendus, ac terra Israëlis purganda erat ante adventum Christi primum. Neque de nibili est vaticinii duplicitatio, ait D. Gebhardus in Tract. contra Rab. Isaac Ben Abraham. Quare opus est, ut ulterius inquiram, quem Propheta proxime h.e. sensu literali per Gog intelligat? Hac in re, præter ipsius Prophetæ textum, succurrunt nobis libri Maccabæorum, in quibus abundans copia illarum rerum, quæ Gog gesturus erat, occurrit, præcipue in rebus gestis Regum Syriæ. Omnia enim, quæ Vates Divinus Gog tribuerat, gesta sunt à Regibus Syriæ, maxime tamen ab Antiocho Epiphanie, ejusque exercitu, ac duabus; quod & Daniel ominatus fuerat cap. 8: 9. seqq. & 11: 30. seqq.

§. III.

Res gestas Regum Syriæ, cum Ezechie lis vaticinio, breviter conferre animus est, ut eo planior evadat assertio nostr^{de}

de Gogo. (N) *Gog invaserus erat terram reducens a gladio consequentibus annis v. 8. & 16. cap. 38.* hoc fecerunt Reges Syriæ, tum ipsi, tum legati & copiæ eorum, alioqz, uti videre est i Maccab. 4. & 6. & 10. Nam phrasis versl. 16. cap. 38. באחֹרִית הַיּוֹם interdum plus, quam tempus N. Test. involvit, modo hoc includatur ut Gen. 49. 1. Dan. 2. 28. ubi recte B. Lutherus: in Runnftigen Zeiten; & poster: loco ipse Angl. latter Days i. e. consequentibus temporibus vel diebus. (C) Gog accessurus erat, cum incolæ terre sanctæ absque metu, securi, & tranquilli essent cap. 38. II. Reges Syriæ aggressi sunt inopinantes, & securi habitantes, ac imparatos ad resistendum, i Maccab. 1: & 2. cap. 3. Josephus Antiq. Jud. memoriarum prodit; *Judeos Antiocho Epiphani, quasi pacate venienti, portas aperuisse.* (A) Gog venire debuit ad predandum, ad diripiendum, ad deportandum aurum & argentum, & abigenda pecora; cap. 38: 12. 13. Hæc omnia satis perspicue Regibus Syriæ competunt, præsertim Antiocho Epiphani. i. Maccab. 1: & 2. c. 5. (G) Gog

vastaturus erat horride, ac magnum
 morem metumque incussurus montibus
 Israëlis cap. 38. 19. 20. Ita Reges Syriæ
 ac Asiac, præcipue tamen Antiochus
 Epiphanes 1. Macc. 1: cap. 9. 3. & 2. cap.
 6. & passim alibi. (נ) Gog copiarum
 multitudine operturus erat terram san-
 ctam, populumque numeroſo exercitu
 opprefſurus cap. 38. 9. Antiochus Epi-
 phanes adſcendit contra Israëlem turba
 numeroſa, misitque præfectum in civi-
 tes Judæ 1. Macab. 1. 30, copias multas
 collectas ex gentibus cap. 3. 10. caſta-
 fortia ibid. quadraginta millia peditum
 & ſeptem millia equitum, quibus adjun-
 xerunt ſe copiæ Syriæ, & alienigenarum
 vers. 39. 41. Antiochus Eupator adſcendit
 ſimilis nubi, ad operiendum terram san-
 ctam, cum centum millibus peditum
 viginti millibus equitum, & triginta
 duobus Elephantis, cap. 6. 30. & Timo-
 theus congregatis exteris copiis qua-
 plurimis, & equitibus non paucis,
 Asia collectis, 2. Macc. 10. 24. Cum cen-
 tum & viginti millibus peditum,
 qui

quingentis equitibus cap. 2. 20. Misit Rex Demetrius multas copias in terram Judæ, quæ auctæ aliis turmis ex Syria 1. Maccab. 7: 10. 39. quibus profligatis ac fusis, jussit dexterum cornu exercitus sui festinare in Judæam, & viginti milia peditum ejus, ac duo millia eqvitum cum Juda Maccabæo prælium commiserunt cap. 9. 1. 4. (1) Muri destruendi ac evertendi erant a Gog cap. 38. 20. hoc fecerunt Reges Syriæ & Asiæ in montibus Itraëlis 1. Maccab. 6. 62. cap. 9. 54. (1) In acie Gogi debuerunt esse *equites perfectissime induiti, & pedites clypeati, loricati, galati* Ezek. 38. 4. Talem aciem instructam habebant Reges Syriæ ac Asiæ, ad unguē quasi depictam a Propheta. vid. 1. Maccab. 4: 7. cap. 6. 35. 39. & 41. (2) *Gog reducendus erat impositis hamis maxillis ejus, cum omnibus copiis suis, equis & equitibus, omnibus perfectissime indutis, cum congregacione magna. Clypeatorum, scutatorum, & omnium tractantium gladios,* verl. 4. cap. 38. quid clarius prædici potuit de Regibus Syriæ &

Asia, sic retractis cum universis turmis,
 ad hunc modum aptissime armatis, 1. Macc.
 6. 55. seqq. 2. cap. 13: 23. seqq. (¶) Gog
 proditurus erat e terra aquilonis c. 38. 15.
 Syria reliqua ac Asia, a terra Sancta, aqui-
 lonem versus se protendunt, ut ex tabu-
 lis Geographicis manifestum est. (¶) Go-
 go Adjuncturi se erant Persae aliquique po-
 puli verl. 5. 6. nec Regibus Syriæ hi de-
 fuerunt, in affligendis Judæis tempore
 Maccabæorum, 1. Macc. 3, 31. 41. 52. Cap.
 II. 38. 2. c. 10. 24. c. 12: 10. II. (¶) Je-
 hova Altissimus contra Gog gladium ad-
 vocatus erat, in omnibus montibus suis
 Ezek. 38. 21. quem per Maccabæos advo-
 catum esse in his collibus, sole meridiano
 clarius patet ex 1. Macc. 3. & seqq. 2. cap. 8.
 & seqq. (¶) Cum fremitu Gogi gladius uni-
 erit contra alterum, ibid. (non quidem sicut
 in castris Midianitarum legitimus Jud. 7.)
 quod factum ac impletum fuisse tem-
 pore Maccabæorum, cum in exercitu
 centum & viginti millia peditum, &
 quingenti equitum a suis læsi, & gladio-
 rum mucronibus transfixi, 2 Macc. 12: 22.

Praeterea Demetrius sustulit e medio Antiochum & Procuratorem ejus Lysiam i. Macc. 7. 4. Hunc Demetrium iterum jugulavit Alexander, qui se filium Antiochi nominavit, cu^e regnum eripuit Ptolomaeus Philometor, hoc^q cum filia tradidit Demetrii filio natu majori, Demetrio Nicanori, quem regno ejecit frater Antiochus Sedetes, imperfectus a Tryphone, rursus expulso & a suis imperfecto; ut hæc narrat Melancht. in Chronic. Carionis pag. 143. Atque sic tempore Maccabæorum continua fuere parricidia in familia Regum Syriæ. (v) A manibus Gog & exercitus ejus excutienda erant arma Ezek. 39: 3. 9. Hoc factum est Apollonio, cuius gladium assumpsit Judas, eoque bellum gessit diebus omnibus i. Macc. 3. 12. Nicanori & copiis ei commissis. 2. cap. 15: 21. 27. 30. (n) In montibus Israëlis Gog fatis concedere debuit una cum copiis suis Ezek. 39. 4. Occupavit Nicanor & omnia agmina ejus, ut ne unus quidem superfuerit. i. Maccab. 7: 43. 44. 46. 2. Macc. 15. 27. Timotheus cum fratribus duobus &

20500 peditibus & 600 equitibus, exceptis iis qui cum ipso in Urbe Gazara perierunt ibid. cap. 10: 31. 32. 35. 37. Ut jam taceam de aliis turmis missis a Regibus Syriæ, quæ concitatæ, prostratæ, contritæ, & pulsæ sunt omnes; de quibus Libri Maccabæorum copiose fatis testantur. (5) Post stragem Gogi Iudei congregarent arma, quæ sufficerent per septennium igni alendo Ezek. 39: 9. 10. Hoc etiam evenit, cum populus multus ac innumerus i Maccab. 5: 30. 43. cap. 7. 44. Centum & viginti millia peditum & quingenti equites 2. Maccab. 12: 20. Omnis exercitus Nicanoris, triginta quinque millibus constans, 2 Macc 15. 27. Abjectis armis se in fugam conserunt vel interierunt. Verisimile hic est, quosdam Iudaïas non legnes fuissent ad colligenda arma: (non enim de omnibus plane dicit Vates vel multis) illis quoque suffecisse ad parandum focum per septem annos, ut non opus fuerit ex agro afferre, aut in sylvis cædere ligna, præsertim cum in istis regionibus

non tanta copia lignorum ad ignem
alendum desideretur. Vel est auxetica
locutio, Spiritui Sancto usitata in Sacra
Scriptura, ad exponendam cladis magni-
tudinem. Hac ratione illa, quibus de-
pingitur Gog, resplendent in Regibus
Syriæ & Asiæ, circa tempora Macca-
bæorum; Quod si de promeretur aliqua
circumstantia, quæ non conveniret Re-
gibus commemoratis, tum existimo: id
arguere non tam defectum impletionis
in iis, quam historiæ, & accuratæ anno-
tationis rerum gestarum. In typo etiam
sæpe pauciora reperies, quam in antity-
po. Sicut autem in vaticiniis Prophetar-
um, bonis temporalibus promissis bona
spiritualia, tanquam quæ illorum antity-
pi sunt, arcte adhærere solent, neque il-
lis solis hujusmodi Prophetiarum sen-
sus unquam exhaustur; ita quoque in
hisce Ezekelis Capp. id ipsum quam ma-
xime observandum. Quam magnifica
enim sunt illa: *De glorificatione Domini in-
ter omnes gentes* cap. 39. 21. *De reductione G*

redemptione toti Israëli prestanta vers. 25. De securitate v. 26. non abscondenda facie vers. ult. Aliaque plurima, a Iolis forte Theologis docenda & discenda.

MEMBR. TERTIUM.

§. I.

ANequam manum de tabula, ut solet dici, revoco, Coronidis loco puto, *Gog nostrum Propheticum differre à Gog Apostolico Apoc. 20: 8. Ob circumstantias quæ diversæ sunt. (α) Gog Propheticus infestare debuit populum Judaicum ante adventum Christi pri- mum, postquam reductus esset à capti- vitate Babylonica in terram sanctam; Gog Apostolicus vero post periodum mille annorum Apocalypticam. (β) Gog Pro- pheticus determinate terram sanctam seu montes Israëlis oppugnaturus erat; Gog Apostolicus autem non certam aliquam terram seu regionem Apoc. 20. 9. (γ) Ille scilicet Propheticus Judæos secure vi- ventes & in pace; Hic Christianos ca-stra metantes spiritualiter. (δ) Illius*

copiæ conscriptæ erant a Persis, Æthiopibus, Arabibus, &c. Hujus a gentibus indefinite, degentibus in quatvor angulis terræ Apoc 20. 8. (ε) Ille princeps primarius erat Melchechi & Tubalis; quorum principem non facit suum Gog Apostolus (ζ) Gog Propheticus venire debuit, cum populi distincti adhuc essent nominibus filiorum & nepotum Noah Ezek. 38. 2. hodie autem populis dispersis per totum orbem, evanuit illa distinctio, & sub finem forte mille annorum Apoc. 20. (η) Sciendum est Apostolum non de præterito sed futuro hoste agere, & uti iisdem nominibus, quia ille typus hujus fuit, scilicet: uti *Gog Propheticus* infestabat ac opprimebat Ecclesiam Vet. Test.; ita & *Gog Apostolicus* h. e. ille, qui occupabat sedes *Gog & Magog Propheticus*, oppugnaret Ecclesiam Novi Testamenti, quasi jure successionis. (θ) Prophetiam de Gogo Ezekelis non ita includo limitibus Vet. Test. quasi exacte omnia a Gog Propheticus, ante in

carnationem Christi, gesta essent; sed potius quæ in ipso nondum erant impleta, postea Gog Apostolicus impleret. Hæc fuere, Candide Lector, quæ de hoc arduo ac difficili argumento proferre potui, in sententia allata citra cujusquam præjudicium acquiescens; æquo non solum animo passurus, ut alii suo sensu abundant, ac amice a nobis dissentiant, sed etiam rationibus fortioribus facile locum datus, & in his & in aliis rebus assertionem meam nemini obtrudens. Interea semperque rogo per officiose Candidum Lectorem, ut hæc qualiacunq; a me allata in optimam partem interpretari, excusare, ac pallio Caritatis infirmitatem tegere dignetur.

Δόξα Εὐ υψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς
εἰρήνῃ!

